

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

De opere quinte diei.

Quinto die dixit deus: producant aque reptile anime viuentis: et volatile super terram sub firmamen-
to celi. Creauitque deus cete grandia: et omnem animam viuentem atque motabilem quas produxerat
aque in species suas: et omne volatile secundum genus suum. Videns quod esset bonum benedixit eis di-
cens. Crescite et multiplicamini et replete aquas maris: auesque multiplicentur super terram. Ornavit igitur
eo die deus aerem et aquam: volatilia dans aeri: natatilia aquis: que reptilia dicuntur: cum impetu quodam
se rapiunt. Cete enim grandia et belluas: maioraque terrestribus animalibus ex habundantia humoris et mo-
strifica in mari reperiuntur. Et quicquid in vlla parte nature nascitur: et in mari esse vulgi opinio fert. Ma-
nifesta iam que sequuntur de animalium productione: post plantas enim ea sunt mixta que sentiunt et mo-
uentur: quamquam et in plantis stupidum sensum adscribant pitagorici. Hec autem animantia que citra omnem
controversiam motu sensuque participant: et hic a Moyse: et in Timeo in volatilia: et in aquis vegetia: et ter-
restria distinguuntur. Veniamus igitur ad Moysem qui postquam de celestibus dixit terrestrium animalium me-
minit ordine congruenti: que vel aquas vel terram vel aerem inhabitant. Si tamen inhabitare aerem volu-
cres dici possunt. Relinquamus hic disputationem: quo pacto corpora animalium ex elementis: aut quid
sint indite a deo naturis rerum seminarie rationes: sit ne item vita brutorum de sinu educta materie: an diuino
potius principio omnis vita proveniat: ut constantissime asserit Plotinus: cui sententie fortasse videbitur hoc
loco propheta suffragari. Cum postquam dixit: producant aque reptile anime viuentis: adiecit postea creauit deus
omne animam viuentem: vbi non id duntaxat quispiam obseruaret quod et aqua producat deo iubente: et deinde etiam deus
producat: verum et illud quod vbi de dei ope agitur scriptum est: creauit deus animam viuentem. vbi autem de aquis: non animam.
Sed reptile anime viuentis quasi aquis vehiculum. Inter animalia terre tria memorat Moyse quae in sequenti die insinuat.
Plurima autem et maxima in indico mari animalia. Quibus balene quaternum iugerum. Et in mari bellue circa sol-
sticia maxime visuntur. Tunc illic ruunt turbines: tunc imbres: tunc deiecte motuum iugis procellae ab imo vertunt ma-
ria. pulsataeque ex profundo belluas cum fluctibus voluunt. auium quoque gradissime et pene bestiarum generis
strucio cameli affrici vel ethiopicum altitudinem equitis insidentis equo excedunt: celeritatem vincunt. Adul-
to mirabilius de naturis auium et piscium ratio experiendi quotidie in variis locis datur.

